



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXX. De officio legati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

& C. de jud. d. l. 5. Sed notandum est auctoritate literarum sedis apostolicæ, legatorum ejusdem, non posse aliis committi quam dignitatem aut personarum habitibus, seu ecclesiarum cathedralium capitulis: nec alibi audiri, quam in civitatibus locis insignibus, ubi possit commode personarum copia haberi. *Inf. lib. 6. de refer. tit. 1. §. 1. in pr. §.* Dicitur est de iudice legatus: transgrediamur ad iudices ordinarios inter quos primum locum tenet legatus apostolicæ.

XXX. De officio legati.

Legati significatio duplex est. I. Legatus Papæ accipitur pro eo, qui a principe vel a republica missus est negotii publici causa, ut sit iudex, ita accipitur *dist. 1. c. jus gentium. 10. & dist. 97. c. nobilissimus. & D. & C. de legationibus.* II. Pro legato sedis apostolicæ qui est ordinarius iudex, & vices Papæ gerit in provincia, & ita in hoc sumitur, *c. 1. §. 1. 8. & Inf. l. 6. c. 2.* III. Pro legato provincie jurisdictionem mandatam habente. *D. de leg. sic. procons. l. 4. §. ult. l. legatur 12. & l. legatur 1. §. ult.* §. Differt legatus Papæ, I. A iudice legatus a Papa: quia huic tantum una vel quot certæ causæ delegantur: legatus vero provincie omnibus causis tanquam iudex ordinarius cognoscit, dictis iuribus. II. A nuncio apostolicæ.

polico, quia nuncius est legatus in prima si-
 gnificatione, id est, non est iudex, hunc pu-
 tatur vocari nuncium dominicum in *c. 2. Inf. de*
regularib. licet *gl.* ibi intelligat vicarium epi-
 scopi. III. A Papæ vicario, qui tantum in
 urbe jurisdictionem habet. *Sup. de offic. vicar.*
c. pen. §. Legatorum, de quibus hic agitur, 3
 tria sunt genera. Nam alii sunt legati ratio-
 ne dignitatis, cui legatio est adnexa: ut Ar-
 chiepiscopus Cantuariensis. *c. 1. & Archiepi-*
scopus Eboracensis. Inf. de Appell. c. 1. Alii
 sunt, quorum personæ Papa hoc jus tribuit.
c. volentes 8. & inf. de presumpt. c. 6. & de ac-
cusat. c. cum dilecti 18. Alii sunt, quos ex cu-
 ria Papa mittit. hi vocantur legati de latere,
 maxime si sint Cardinales, quos solos Rom.
 curia vocat legatos de latere. *gloss. in c. pen.*
in verbo, commissam Pan. in c. 1. Host. in §.
quor species. ubi notat primos magnam, se-
 cundos majorem, tertios maximam auctori-
 tatem habere, quod probatur etiam *d. c. vo-*
lentes. & c. seq. & d. gloss. in verbo commissam.

XXXI. De officio iudicis ordinarii.

QVemadmodum in Digestis & Codice sæ-
 pe titulis specialibus subjiciuntur tituli
 generales. ut *communia prædiorum, commu-*
nia utriusque iudicii, communia de legatis. ita
 etiam hic titulo *de officio legati,* qui est iudex

c 5 ordi-